



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Nicolai Cavssini Trecensis, E Societate Iesv, De Eloqventia
Sacra Et Hvmana Libri XVI**

Caussin, Nicolas

Coloniae Agrippinae, 1634

Laus Liberalitatis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70090](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70090)

Laud Liberalitatis.

Liberali-
tas.

Liberalitatis, & magnificentie splendor est maximus: est enim, ut verbis Nicete v. τὰ γὰρ ἐλεῖσις ἔβουσθ' καὶ δαίμοσα φιλοδοξίαι. Laudatur autem ab effectis, in quibus considerantur & ea, quae erogantur, & ij, in quos erogantur. Elucet igitur magnificentia in viribus condendis, reparandis, in aquarum, fluminum, lacuum derivationibus, expurgationibus, in templis, monasterijs, xenodochijs, scholis, gymnasijs extruendis, theatris, amphiteatris, circis, vijs publicis muniendis, stemendis, incidendis, in pontibus, arcibus, turribus, vallis, mcnibus, aggeribus, in porticibus, balneis, thermis, viuarijs, hortis, bibliothecis, in ararijs, portubus, naualibus, horreis, cellis, aquae ductibus, puteis, in armis, machinis, vestimentis, pompis, ludis, nuptijs, conuiujs, in quibus nimis plerumque munifici sunt homines.

In sepulchris, aris, baptisterijs, sacra suppellectile, imaginibus, picturis, obeliscis, colossis. Liberalitas non aequae sumptum facit ac magnificentia: liberalitatis tamen est dare alimenta, agros, domos, pecunias, vestes stragulas, libros, vasa, vestigalia, redditus, decimas, primitias, priuilegia varia, religiosis, pauperibus, orphanis, amicis, hostibus, exulibus, ca-

Humilitas
ab uno
Ethnico-
rum An-
tisthene
habita est
pro sum-
mo bono.

ptiujs, viris litteratis. Humilitatem Rhetores, & Philosophi praeceperunt; quanquam Theodoretus in oratione de fine & iudicio refert Antisthenem summum bonum posuisse in ἀνυψία, quo nomine recte designatur humilis.

Huius partes sunt sacerdotia, dignitates, regna, imperia, vestitus honorificos, triumphos, trophaea, statuas, imagines, titulos, elogia magnifica negligere, honores declinare, quod multi fecerunt latebris, fuga, morbi praetextu, mutilatione. Item de se demissè sentire, loqui, ad seruilia munia se abijcere.

Et haec de laudibus personae secundum virtutes animi, & corporis satis.

Humili-
tatis par-
tes.

Vituperatio ex contrarijs, vt apparet, locis petitur, nec alijs, aut plenioribus indiget praecipis. Tantum illud prudentes oratores obseruant, vt ad vituperandum necessitate potius ducti, quam sua natura incitati videantur. Deinde, vt à maledictis triuialibus abstineant: Tertio vt nihil conuitorum temerè effundant, sed quicquid dixerint, certis addicant rationibus.

Nam improbum, & perfidum, & impium, & caetera id genus aliquem dicere, nihil verò demonstrare, rixari est, muliercularum, aut puerorum more, quod rectè norauit Demosthenes Olynthiaca secunda, τὸ μὲν ἐπιόμοσ' ἢ ἀπειτοὶ χαλεπὸν ἀνοτὴ τὰ πεπορημένα δεκτικῶν, λυδοβίαρ' εἰ αἱ τὶς ἀνφισακενὴρ δικαίως. τὴ δὲ πάντ' ὅσα πῶρ' οὐτ' ἐπραξέδ' ἐξήντα, ἐφ' ἄπασι τ' τοῖς ἐλέγετο, ἢ βραχέ' ὁ λόγος συμβαίνει δεῖδαι. ἢ δούτῳ ἐνεκα ἢ γέμ' αἰσμητέ' εἰν εἰρηδο. Nunc quoniam hoc ipso loco nobilissimi Rhetores tradunt Panegyricarum, nuptialium, natalitiarum denique orationum methodum, hanc ex Dionisio Halicarnassi. subijciam.

A R S PANEGTRICORVM,
Nuptialium, & natalitiarum
Orationum.

Ex Dionysio Halicarnassensi, De Panegyri.

Graeci incipiunt τὰ πανηγυρῶν ἔργα, ἢ ἢ: quae quoniam nihil ad elegantiam faciunt, omittimus; ea tantum indicantes, quae signanter in auctore dicta fuerint.

Oeconomia; & distributio.
C A P V T VIII.

In praefatione ostendit, quid sit panegyris, Panegyri- & quae eius inuentio. Ait esse, ἔργον καὶ quid? δῶρον θεῷ, εἰς ἀνάπαυσιν ἢ περὶ τὸν ἴσον μεζόνων παραδιδόμενον. Propriè aut Panegyres dici celebres cōuersus, & ludos, quocae oratio- rum hinc γέφυρα, ἢ ψυχαγωγία. Addit Ath- nis metho- letas, & Musicos, μυσῶν ἢ ἀπόλλωνος. ὅπαδ' ὅς ornare Panegyres, sed maximè viros doctos, & eloquentes: deinde ad praecipia delabitur.

Primo, Dij panegyris praesides laudandi, & hoc est, inquit, προσωπιόν τιν' ἢ ἢ γέφυρα, ἢ λόγος, sed istae falforum numinum laudationes longè à Christianis exulent, qui speciosissima in Deo, & sanctis nacti sunt argumenta. Plenus est autem Aristides harum laudationum exemplis, è quibus imi-
tatio.